1448 *Dezember 3, Mainz* in domo habitacionis nostre. **Nr. 775**

Nicolaus de Cusa, decr. doct. *und Archidiakon von Brabant in der Lütticher Kirche, vom apostolischen Legaten Kardinal Johannes zu Nachstehendem eigens beauftragter Kommissar, an Äbtissin und Nonnen des Zisterzienserinnen-Konvents Gräfenthal in der Kölner Diözese. Ausführung des ihm erteilten Auftrages für den Konvent.*

Or., Perg. (Transfix an Nr. 774 *mit Krebssiegel des NvK aus rotem Wachs in farbloser Wachsschüssel an Perg.-Pressel*[1]*):* GAESDONCK, *Collegium Augustinianum, Archiv Gräfenthal.*
Druck: Scholten, Grafenthal, Urkunden 236f. Nr. 294.

Er wünscht ihnen: sponsum Christum perpetua fruicione amplecti. Quoniam ea esse debet omnium cura, que se deo solo dedicarunt, ut data fides, que solempni voto exprimitur, nulla ex parte violetur, ne cum fatuis virginibus a thoro sponsi excludantur[2]), hinc vestram devocionem satagitis immaculatam custodire et ea, que scrupulum timoratis consciencciis ingerunt, ad eos defertis, qui pastorali sollicitudini dediti pro vestris respondere habent animabus. Sic quidem cum reverendissimo domino nostro domino Iohanni legato prefato exponi faceretis quandam inter vos exortam scrupulositatem circa modum vestrum vivendi, quo hactenus use estis, asserentibus forte aliquibus eundem vicio proprietatis obnoxium, nobisque commissione facta per eundem, ut circumstanciis singulis ponderatis id agamus, quod consciencie nostre videbitur, eam quam potuimus diligenciam adhibuimus, ut saluti vestre consulamus. Et quia in remotis agentes super modo, quo hactenus et nunc in monasterio vestro vivere consuevistis, et eius circumstanciis non aliter informari potuimus, quam narracio ipsa continet, que litteris commissionis nobis facte inserta reperitur, que sic est, uti narratur, sanctimoniales scilicet hactenus et nunc apud vos absque omni illicito pacto ad consorcium deo dedicatarum monialium recipi atque quod in eo puro et sine omni condicione ingressa aliqua in fixis annuis redditibus plerumque monasterio offerantur, qui quidem redditus de mandato abbatisse colliguntur et per eandem iuxta cuiuslibet monialis necessitatem communiter seu ex communi repositorio exponuntur, ipsas sanctimoniales sine scrupulo consciencie in eo vivendi modo persistere posse absque eo, quod propterea de vicio fraccionis voti paupertatis notari possint, declaramus. Omnis enim oblacio reddituum talium in ingressu, si non est causa in pactum deducta, sine qua non fuisset facta admissio, non potest inter sanctimoniales tales viciosa censeri, atque ubi annui tales redditus per eam, que communem habet administracionem, colliguntur et distribuuntur ad omnium et cuiuslibet necessitatem, prout administracionem habens iudicaverit, iuxta officii debitum oportunum absque vicio proprietatis, quod subiectis monialibus asscribi possit, fieri arbitremini, ⟨et⟩ secundum hec scrupulositates amovendo consciencias vestras ad dei laudem et animarum vestrarum salutem velitis regulare. *Er habe diese Urkunde als Transfix dem Auftrag des Legaten anheften und sein Siegel anhängen lassen.*

---

2 solo: *sic!*

---

[1]) *S.o.* Nr. 266 *Vorbemerkung und Abbildungsnachweis bei* Nr. 511.
[2]) *Matth. 25,1–13.*

1448 *Dezember 20, Rom.* **Nr. 776**

Notiz im Konsistorialprotokoll über die Kreierung des NvK zum Kardinal.

Or.: ROM, *Arch. Vat., Arm. XXXI 52 f. 53^{v}.*[1])
Erw.: Eubel, Hierarchia ²II 10 Anm. 6.

Die veneris xiii^{o} kal. ianuarii anno a nativitate d. M^{o}cccc^{o}xlviii^{o} s^{mus} d. n. de consensu omnium cardinalium creavit in presbiteros cardinales r^{mos} patres dominos Astorgium Beneuentanum, Latinum Tranensem archiepiscopos, Alanum Auinionensem, Iohannem Eduensem, Philipum Bononiensem episcopos[2]) et dominum Nicolaum de Cusa archidiaconum Barbancie in eclesia Leodiensi, ita quod simul et sancte Romane ecclesie cardinales et ecclesiarum suarum predictarum archiepiscopi et episcopi, uti ante creacionem et assumpcionem huiusmodi fuerant, sint et remaneant et beneficia, quecumque antea possidebant, infu-

turum teneant et posideant. Quos quidem cardinales idem s^{mus} d. n. in consistorio generali die sabbati nunc sequenti publicando pro assumptis nominabit.

[1]) *Im Unterschied zu den Protokollen, die unten in* Nr. 777 *genannt sind, enthält dieser Band lediglich Akte, die Veränderungen im Kolleg selbst betreffen. Sie finden sich z.T. auch in jenen Protokollen, fehlen aber bisweilen dort. Der Band diente als Unterlage, um die Residenz der Kardinäle und die entsprechende Dauer ihrer Partizipation an den Kommunservitien festzuhalten, während die beiden anderen Protokolle die Servitienansprüche des Kollegs insgesamt evident halten sollten.*

[2]) *Astorgio Agnesi (s.o.* Nr. 740 *mit Anm. 4), Latino Orsini, Alain de Coëtivy, Jean Rolin und Filippo Calandrini.*

1448 Dezember 20, Rom. **Nr. 777**

Notiz in den Libri provisionum consistorialium *über die Kreierung des NvK zum Kardinal.*

Or.: Rom, *Arch. Vat., Obl. et Sol. 72 f. 59^v und 75 f. 57^v.*[1])

Die veneris xiii kalendas ianuarii s. d. n. de consensu omnium dominorum cardinalium creavit in presbiteros cardinales r. p. d. Astorgium Beneuentanum, Latinum Tranensem archiepiscopos, Alanum Auinionensem, Iohannem Eduensem, Philippum Bononiensem episcopos et dominum Nicolaum de Cusa archidiaconum Brabancie in ecclesia Leodiensi, ita quod simul dicte Romane ecclesie cardinales et ecclesiarum suarum predictarum archiepiscopi et episcopi, uti ante creacionem et assumpcionem huiusmodi fuerant, sint et remaneant et beneficia, quecumque antea possidebant, in futurum teneant et possideant.

[1]) *Obwohl in die Serie der* Obligationes et Solutiones *(nämlich für Konsistorialbenefizien) eingereiht, enthalten die beiden, in der Regel wörtlich identischen Bände nicht die Verpflichtungen zur Zahlung der Kommunservitien, sondern sind (im weiteren Sinne) Protokolle über die im Konsistorium vorgenommenen Provisionen und andere Konsistorialakte. Zu der noch nicht abschließend geklärten Problematik der beiden Bände vgl. vorerst Pitz, Supplikensignatur 150–156.*

zu 1448 Dezember 20, Rom. **Nr. 778**

Tagebuchaufzeichnung des Stefano Caffari über die Erhebung des NvK zum Kardinal.

Or.: Rom, *Arch. Stor. Capitolino, Sezione notarile I, Protocolli 246, IV f. 11^r. Zur Hs. s. G. Coletti, in: Arch. Società Romana di Storia Patria 8 (1885) 555.*
Druck: Coletti, Diarî di Stefano Caffari 588.

Die mercurii xviii mensis decembris et in iiii^{or} temporibus d. n. Nicolaus papa quartus fecit vi cardinales ut infra.[1]) Die veneris sequentis pronumptiati in concistorio secreto.[2])

[1]) *Dem Ordo Romanus zufolge ging dem Konsistorium, in dem die einzelnen Kardinäle genannt wurden, ein weiteres voraus, in dem lediglich Absicht und Zahl zur Rede standen. Offensichtlich ist hier das Konsistorium dieser Art gemeint. Die mit Caffari operierende Kritik von Pastor, Geschichte der Päpste I 419 Anm. 4, an Eubel geht also fehl.*

[2]) *Die einzelnen Namen folgen in der Fortsetzung der Notiz zum 21. Dezember; s.u.* Nr. 781.

zu 1448 Dezember 20, Rom. **Nr. 779**

Tagebuchaufzeichnung des Andrea da Santacroce über die Erhebung des NvK zum Kardinal.

Or.: Florenz, *Bibl. Medicea Laurenziana, Gaddianus 48 (zur Hs. s.o.* Nr. 340*) f. 70^v.*

Nikolaus V. habe an diesem Tage sechs Kardinäle kreiert. (Es folgen dieselben Namen wie in Nr. 776*f.; zuletzt:)* et Nicolaum de Cusa.